



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomus ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fasciculus Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Aqua sitim restinguens, & accendens

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XLII.

AMOR DEI,

Aqua sitim restinguens, & accendens.

Qui biberit ex hac aqua, non sitiet in aeternum. Gratia, vel Amoris Dei, est ejus naturae, in quo est, efficiat liberum a desiderio, & amorem creaturarum. Quia sicut unus gradus Gratiae, & Amoris Dei, dignitate & perfectione superat omne, quod creaturatum & bonum est in tota Natura: ita qui est in Creatura non potest inordinatè appetere aliud bonum in Creatura naturali & creatum.

Sed eadem Gratia, quae extinguit sitim, ac desiderium rerum creaturarum, accendit sitim ac desiderium Creatoris! Qui gustant res divinas, quanto plus habent, tanto plus desiderant. Qui bibunt, adhuc sitiunt. Eiusdem ait Litanus, ut quem amat ex cognitione oblectat. Fidem, perfecte ament ex visione clara in gloria. Iste effectus Gratiae, Restinguere, & Accendere, non sunt contrarii, sed necessario connexi: quia cum desiderium Dei accenditur, necesse est extinguere desiderium creaturarum; quandoquidem omne bonum, quod in Creatura perfectione in infinitum majore continetur in Deo.

Ideo qui Deum habet, is habet omnia, necesse est amplius quidquam desiderare. Hinc dicit, Deus meus, & omnia: in Deo omnia, & extra Deum nihil. Habendo te, Deus meus, qui es totus desiderabilis, & desiderabile. Amo te, Deus meus, qui es totus amabile, & omne amabile. Habendo te, habeo totum in te, & amittendo te, totum tecum amitto.

CON-